

proprium alaudem. Et est manifestum. Quod si ego dona<to>re aut nullus omo vel femina qui ista dote donacionis inquietare voluerit in duplo tibi componat cum omni sua melioracione et in antea ista dote firma sit omnique tempore.

Facta donacionis VIII<sup>o</sup> kalendas madi, arno XX<sup>o</sup> V<sup>o</sup> regnante Ledovico rex.

Sig + num Berenger, qui ista donacionis ma<n>davi scribere et testes firmare.

Sig + num Berenger Tascher. Sig + num Gonball Esteva. Sig + num Guillem Pitral.

Testes sunt.

Bernardus sacer rogatus scripsit et die et anno quod (*signe*) supra.

## 82

1133, setembre, 29.

*Solestèn, vídua, Alaric, Bermon de Montpaó, Guillem de Pujalt i Guerau Salat juren davant l'altar de Sant Martí de l'església de Santa Maria de Cervera les darreres voluntats de Guillem Dalmau.*

A. – Original: AHN, 1998, 4.

a. – Altisent, *Seguint el rastre*, doc. 2, p. 75-76. Per urgències de la impremta, la transcripció fou feta aleshores sobre una fotocòpia escapçada en part de la primera ratlla. Ací l'hem modificada d'acord amb el pergami original.

In Christi nomine. Hic est sacramentalis condicio ultime voluntatis cuiusdam defuncti nomine Guilelmi Dalmatii, quam testificant testes advocati, id sunt: mulier sua nomine Solestèn et Alaric et Bermon de Montepao et Guillem de Pujalt et Gerall Salad. Nos vero supradicti testes vidimus et audivimus et presentes eramus quando suaprascriptus defunctus, plena memoria et sana mente, omnia sua ordinavit et nobis rogavit ut omnia sua precepit nobis distribuere sicut ipse scribere iussit. Ideo nos supradicti testes iuramus et testificamus per trinum et unum Deum et super altare Sancti Martini que est fundatus in ecclesia de Sancte Marie Cervarie, in presencia sacerdotum Petri Bonifilii et Arnalli Guilelmi et Guilelmi sacri custodi et iudicis et aliorum multorum hominum.

In primis iussit suos debitos in comune solvi, et dimisit ad Sanctum Sepulcrum Iherusalem morabetinos XXX et ad Hospitale Iherusalem morabetinos X, et ad Sanctum Petri Archellis morabetinos V ad calicem argenti, et ad Sanctum Petrum Rome morabetinos V, ad Sancta Maria Pugensis morabetinos V, et ad Sanctum Iacobum Gallicie morabetinos V. Et dimisit ad opera Sancte Marie Agremontel morabetin<o>s XX, et dimisit ad opera Sancte Marie Monteoliu morabetinos X, et ad opera Sancti Iacobi de Timor morabetinos X, ad opera Sancte Marie Celsone morabetinos V, et ad Sancte Marie Sedis Urgellensi morabetinos V, et ad opera Sancte Marie Cervarie morabetinos X ad calicem argenteum, et ad Sanctum Nicolaum Cervarie ferragenal unum ad ipsum abeurador subira et precium de suis alsbergs unde comparetur alaudia ad Sancti Nicolai tantum quantum unum presbiterum cantet missas omni tempore pro anima sua et suae (*sic*) uxori et visitet sepulcrum illorum. Et reliquit ad Sancte Marie Celsone condamina una qui est ad ipsos chaus ad Timor, et vineas de mulnel subira, et unum mansum in Timor de Petro Iohanni cum omni servicio que ad ipsum faciebat. Et dimisit ad Sanctum Petrum Archellis unam condaminam qui est in Ondara ad ipsa fonte parte reger, et ad Sanctum Andree Villegrasse ipso alod dimisit que comparavit de Ramon Iohan et ipsos ferragenals qui sunt ex parte ipsius katri ex Villagrasa contra Agremontelli. Et ad Sanctam Mariam de Monteoliu et ad Sanctum Salvatoris ipsa condamina de amenlers. Et dimisit ad Sanctam Mariam Celsone ipsas vineas de Malgrad qui fuerunt de Vidiano, et ad Sanctum Iacobum de Timor quartam partem de vineis de Turel, et ad Sanctum Petri Cervarie unum ortum ad sua trila quem tenet Bernardus clericus. De alio vero qui remanet de suo mobile dimisit ad Sanctum Iacobi de Timor ut comparetur alaudia unde stabiliant unum presbiterum qui cantent (*sic*) missas omni tempore per sua anima et sua uxori. Et ad Cavallariam Iherusalem dimisit suum cavallum et suas arme excepto alsberg, et ad totas ecclesias qui sunt in honore ipsius dimisit taschas pro anima sua et sua uxori, pro emendacione de suis decimis. Et pro hoc, clerici ecclesiarum illarum content missas pro animas illius et sua uxor, ut omni tempore trium dierum in ebdomade. Et reliquit ad Sancti Petri sedis Vico q(uarte)r I de olei de suo dominico de Espelt, ut ascen-

dant lampadam ante altare ipsius loci omni tempore, et ad Sancti Benedicti Baies uno q(uarte)r olei ut accendant lampadam ipsius altari de expleto de suo dominico de Gerovards. Insuper dimisit sue uxori si eum supervixisset, quod et fecit, omnem suum honorem fevum et alaudem ut possideret et teneret in vita sua sine blandimento ullius hominis vel femine, et post obitum eius dimisit ad filiam suam et ad virum suum Guilelmum omnem suum honorem fevum et alaudem in vita illorum, excepto kastrum Tous que reliquit ad Gerall neptem suum, et si Gerallus noluerit laudare suum testamentum filia ipsius recuperasset kastrum de Tous. Similiter ipsam baiuliam de Flix. Post obitum vero filie sue dimisit ad Gerall neptem suum Odena et Rabinad, tali modo ut Guilelmus Podioalti abeat per illum, et neptem suum Guilelmum, qui abebat Cervera, similiter abeat Odena et Rabinad per Gerallum, et Gerallus abeat dominicum patris sui, et neptem suum Guilelmum abeat ibi dominicum Guilelmi Dalmacii et melioramentis et estaticas et acaptes sicut resonabat in convenientias illius abeat per medium Guilelmum et Gerall, et chestas similiter. Et dimisit ad Gerallum neptem suum Ondara per alaudium et per suam hereditatem, et alaudium quem tenebat Berenger Tedball post obitum filie sue, tali modo ut Guilelmus neptem suum abeat Ondara per Gerall, et ipsos cavallarios per illum solidamente, et abeat Gerallus ipsum dominicum de Ondara solidamente exceptus hoc quod dimisit ad sanctos. Et dimisit ad Gerallum kastrum de Montagud et de Pinnana cum illorum terminis et pertinentiis, quomodo resonat in convenientias de Dalmacii Gerovardi et de Gerall Alamanni, sive kastrum Montbriso per alod. Et post obitum Bernardi Brocardi et de Marie sue uxori, dimisit ad Gerallum tota illorum tenedone que abebant per illum in Cervera. Post obitum de filia sua et de Guilelmo viro suo, dimisit ad neptem suum Guilelmum kastrum de Cervera fevos et alaudes quomodo abebat et tenebat, exceptus mansum de Bernard Brocard que abebat donatum ad Gerallum et exceptus alaudes de sanctis, et baiulia de Tordera et de Crucia quomodo ibi abebat dimisit ad Guilelmum sive ipso soler quomodo abebat, et kastrum de Agremont cum suis pertinentiis dimisit ad Guilelmum, similiter kastrum de Mont-tornes cum suis terminis et pertinentiis, et kastrum de Gimara cum suis terminis et pertinentiis quomodo scriptum<sup>1</sup> est in suas convenientias, et kastrum de Monteoliu cum suis terminis et pertinentiis, exceptum hoc quod dimisit ad sanctis, et kastrum de Villagrasa cum suis terminis et pertinentiis, exceptus hoc quod dimisit ad sanctos, et kastrum de Limdars cum suis terminis et pertinentiis quomodo abebat ex Sancto Petro de Archells. Et dimisit ad iamdictum Guilelmum kastrum Sancti Antonini cum suis terminis et pertinentiis, et kastrum de Espeuth cum suis terminis et pertinentiis et cum mansos que<sup>2</sup> ibi abebat enadidos, et si episcopus noluerit concordare cum Guilelmum ipse episcopus reddat ad iamdicto Guilelmo C viginta uncias quod ipse dedit ad archidiacono sedis Vico et ad Petrum Raimundi; postea Bernardus suus neptem abeat per episcopo, et Guilelmus frater suus aberet (*sic*) per Bernardo. Et dimisit ad Guilelmum ipsum kastrum de Monteoleo quomodo eum abebat, et ipsum kastrum de Frexaned hoc quod ibi abebat et abere debebat. Et relinquid ad Petrum suum neptem ipsum kastrum de Gavar cum suis terminis et pertinentiis, tali modo ut donet potestatem ad Guilelmum fratrem suum et abeat per illum. Similiter dimisit ad Guilelmum suum netum kastrum de Malgrad, et abeat per Sancta Marie Celsone, et sit illi fidelis exceptum hoc quod abebat donatum ad sanctos, et dimisit ad Guilelmum kastrum de Timor cum suis terminis et pertinentiis exceptum hoc quod abebat datum ad sanctos, et relinquid ad Arbert netum suum kastrum Mirales hoc quod ibi abebat et abere debebat, et kastrum de Mazana, ut aberet per Petrum Bernardum, et ipsum soler de Mazana per alod qui fuit de Berenguer Gitard cum suis terminis et pertinentiis, exceptus hoc quod dimisit ad sanctos, et Sancti Felicis et parrochiam Sancti Iuliani quomodo abebat, et parrochiam de Kastelteczol ut aberet per Bertran, et cavaleria que tenet Bernard de Talamancha [ut] abeat per Arbert. Et ipsum fevu de Geronnes necnon et Vilela cum suis terminis et pertinentiis. Et Gerovards cum suis terminis et pertinentiis, et kastrum Callers quomodo abebat per suos seniores, sive ipsos alaudes quos abebat per alaudes. Insuper dimisit ad Guilelmum suum netum kastrum [...] Tarragona et alod de Banneres. Et dimisit ad Ramon netum suum Guardia de Prads et alod que abebat in Barbera ante eius villa.

Et ego Solestèn dimitto ad Ramon ipsa mea hereditate de Vallfagonna et de Lorag quomodo relicquid ei pater suus et mater sua, et Raimundus abeat per fratri suo Guilelmo et dominicos aberent per medium. Et iussit ut valeret Guilelmum ad Raimundum per fide sine engan. Et dimisit ad Guilelmum Kastrum Asinos, et abeat Petrus frater suus per illum, et dominicos abeant per medium. Et dimisit ad Petrum Iuneda per alod quomodo abebat per comite. Et dimisit ad Guilelmum Gebut, ut aberet Petrus per illum, et similiter Kalater-

ra. Et dimisit ad Guilelmum Torres per alod, et fevos et alaudes de Lerida et de Meranges dimisit ad Guilelmum et ad Gerallum per medium. Et si diminuerit de Gerallo sine infante coniugii remaneat ad fratrem suum Guilelmum, et si diminuerit de Guilelmum sine infante legitimi coniugii remaneat ad Petrum ipsa honorem quem Guilelmus Dalmacii abeat donatam ad Guilelmum, et si Petrus obierit sine infante legitimi coniugii remaneat ad Arbertum, et si Arbertus obierit sine infante de coniugii remaneat ad Raimundum, et si toti obierint sine infantibus legitimi coniugii remaneat ad illorum filios et filias, et de unum remaneat ad alium, et de maiore usque ad minore, et de minore usque ad maiore. Iusuper dimisit omnes suas capellanas ad Bernard suum netum, de omni sua honore. Et rogavit et precepit suis hominibus ut atenderent et facerent hoc quod ipse scribere iussit. Postquam hec omnia ordinavit migravit ab hoc seculo, et nobis scientibus non mutavit suam voluntatem. Et infra spacium sex mensium hoc confirmatum et iuratum fuit in presencia multorum hominum.

Actum est hoc iudicium III kalendas octobris, die sabbato, anno XXVI regnante Ledovico rege.

S + num Solesten, qui istum iudicium firmavi, testibus firmare rogavi.

S + num Alarig. S + num Bermon de Montpao. S + num Guillem de Pugalt. S + num Geral Salad. S + num Bernard Uluiga. S + num Ramon de Timor. S + num Ramon Guillem de Villagrassa, nos qui vidimus et audivimus quando suprascripta omnia predictus defunctus scribere iussit.

Guilelmus sacristos (*sic*), lator iuris, hoc confrimo (*sic*) + legibus.\*

S + num Gerall de Iorba qui istum iudicium sicut scriptum est laudo et confirmo. S + num Guillem de Cervera qui istum iudicium sicut superius scriptum est laudo et confirmo.<sup>3</sup>

Arnallus presbiter qui hoc iudicium rogatus scripsit die et anno quo sup (*signe*) pra.

1. - superscriptum, amb el prefixe *taxat*. 2. - nos, *taxat*. 3. - Aquestes dues confirmacions, amb lletra més petita, però de la mateixa mà de l'escrivà.

1135, setembre, 29.

*Galzeran de Vergós i els seus germans Carbonell i Ponç venen a Berenguer Arnau i a la muller d'aquest, Guilga, el castell de Sant Martí, en alou, i el de Maldà en feu pel vescomte de Cardona. Tot per quize morabetins.*

A. - Original: AHN, 1998, 7.

Pax vobis. Notum sit omnibus quod Gauzerandi de Vergos cum suis fratribus, id est Carbonel et Poncio, facimus carta vindicionis tibi Berengario Arnalli et tue uxori nomine Guilge. Per hanc scripturam vindicionis nostre vindimus vobis castrum quod dicitur Sancti Martini cum suis terminis ad vestrum alaudem proprium, totos nostros directos quod nos ibi habemus vel abere debemus ad faciendam vestram voluptatem. Et adhuc vindimus vobis nos prenominati kastrum quod dicitur Amalda cum suis terminis, nostros directos quod ibi habemus vel abere debemus ab integrum, ut habeatis per fevum per vicecomitis Cardonensis. Et venit ad nos iamdicti ista vindicio suprascripta per vocem avunculi nostri Gauz(e)randi Ricardi et patris nostri Ricardi. Et est hec omnia in comitatu Minorise sive de Amalda. Et habet affrontaciones ipsum castrum de Sancti Martini a parte orientis in termino de Guimara, de meridie affrontat in rivum de val de Set, de occiduo affrontat in Sino-ga de rivum Corb, a parte septentrionali in terminos de Verdu. Quantum infra istas suprascriptas affrontaciones includitur, quod nos habemus vel in omnibus modis habere debemus sicut supra dictum est, sic vindimus vobis et vestre posteritati castrum Sancti Martini ad alaudem proprium ad voluptatem vestram et kastrum Amalda, ut habeatis per fevum simili modo quomodo nos debemus abere, sine ulla reservacione, cum exiis et regressiis earum. Et nos iamdicti, Gauzerandi et Carbonel et Poncio, recepimus de vobis prenominati Berengario Arnalli atque sue uxori precium placibile XV<sup>cim</sup> morabetinos in auro. Propter quod precium sicut superius scriptum est, de nostro iure in dominium vestrum et potestatem tra-

dimus ad habendum vel possidendum vel quicquid fuerit vestra voluptas faciendum vobis et vestre posteritati usque in perpetuum. Sane si nos vinditores aut nullus homo vel femina qui hanc cartam vindicionis venerit pro inrumpendo vel frangendo, non hoc valeat perficere, sed pro solo temptatu in duplo cogatur exsolvere et in antea ista carta vindicione firma permaneat modo vel omnique tempore.

Facta ista carta vindicione III kalendas octubris, anno XXVIII regnante rege Ledovico.

Sig + num Gauzerandi de Vergos. Sig + num Carbonel. Sig + num Poncio. Nos qui ista carta vindicionis mandavimus scribere et manibus nostris propriis firmavimus, et ad testibus istis firmare rogavimus.

Sig + num Arnal Berenger. Sig + num Babot. Sig + num Poncio de Sancta Fide. Sig + num Ramon Arnal. Sig + num Bernard Arnal. Testes sunt visores et auditores.

Raimundus presbiter qui ista carta vindicionis scripssi iussus et hoc signum (*signe*) impressi in die et anno quo supra notatis superius.

1136, gener, 31.

*Gombau, la seva muller Dolça, i llurs fills concedeixen a Guillem Ramon i a la seva muller Guilla un tros de terra per plantar-hi vinya, al terme del castell de Tàrrega, a condició, entre altres coses, de partir la vinya en dues parts una vegada sigui plantada i arrelada.*

A. - Original, perdut.

B. - Còpia dels voltants de 1200: AHN, 1998, 8.

In nomine Domini. Ego Gomball et uxor mea Dulcia et filio nostro Gomball et Arnalli et Bernat et Berenger et Pere, donatores sumus nos vobis ad vos Guillem Ramon et ad uxor tua Guila et ad filiis tuis vel filias. Per hanc scripturam donacionis nostre donamus nos vobis una terra ad complantandum vinee. Et est ipsa terra in castrum Tarrega vel in suo terminio. Et affrontat ipso alaudio ab oriente in Berenger Dalmaz, a meridie in Berenger de Palaol, ab occidente in comite, de IIII parte in reger de Exercavinos. Quantum inter istas affrontaciones includunt sic donamus nos vobis ab integrum ad vestrum proprium alaudem, ad omnia quod facere volueritis. In tali vero conventu: quando erit ipsa vinea edificata et bene fundata fiat partita per medium. Et non eligatis alium seniore nisi nos et posterita nostra. Et si Guila vel suis voluerit impignorare vel vindere, faciat ad nos vel ad nostra posterita. Et ego Gomball sic facio similiter ad tu Guila vel ad tua posterita. Et est manifestum. Quod si [nos] donatores ad nullus omo vel femina qui ista carta inquietare vel frangere voluerit in duplo vobis componat cum omni sua inmelioracione, et in antea ista carta firma permaneat modo vel omnique tempore.

Facta ista carta die pridie kalendas freboarii, anno XXVIII regnante Ludovici rege.

Sig + num Gomball. Sig + num Dulcia. Sig + num Gomball petid. Sig + num Arnall. Sig + num Bernat. Sig + num Berenger. Nos qui ista carta mandavimus scribere et ad testes firmare fecimus.

Sig + num B. de Gavarred. Sig + num Ferre. Sig + num B. Moxet. Isti sunt testes et firmatores.

Sig + num Petri de Talladello, qui hanc cartam concedo et firmo et de cetero prescripta plantacionem laudo.

Petrus sacer qui hoc scripsit (*signe*) et hoc signum impressit.

1. - Aquesta ratlla, d'una altra mà; és escrita abans de l'última, que comença per et firmatores i continua amb el nom de l'escrivà.